



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum**

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In  
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim  
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739**

Q. 2. An nomine prohibitorum in Bulla Cœnæ comprehendantur etiam  
vestimenta, victualia, aliæque merces?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

propter ipsam venditionem, & traditionem vetita sit, ipsam quóque venditionem & traditionem multò magis à Legislatore interdictas esse oportet, idque colligi potest ex fine legis, & claramente Pontificum, esto id non eruatur ex propria vi, & significatione delationis. Nota autem hīc, et si ejusmodi arma vendentes non incurrerent Excommunicationem Bullæ Cœnæ, incurre tamen Excommunicationem latam in cap. ad liberandum de Judæis; quia ibi excommunicantur arma Sarracenis vendentes.

359 Ad 2. Q. Censent Suarez t. 5.  
de censur. D. 21. Sct. & Bonac.  
t. 3. de censur. D. 1. q. 8. p. 2. cum  
aliis inter prohibita in Bulla Cœnæ  
contineri etiam vestimenta,  
victualia, aliásque merces, si hæc  
transmittantur tempore belli, seu  
eo tempore, quō infideles eis  
uti possunt in damnum Religionis  
Christianæ. Rationem dant,  
tum quia hæc videntur comprehendi  
sub illis verbis generalibus,  
& alia hujusmodi. Tum  
quia his rebus auxilium, & fa-  
vor quomodolibet præstatur ho-  
stibus Religionis nostræ, cùm  
hæc sint bello gerendo vel ma-  
xime apta: atqui in dicta Bulla  
excommunicantur auxilium, con-  
sillum, & favorem infidelibus  
præstantes: ergo.

Contrariam tamen sententiam 360  
satis probabiliter defendunt Cajetan. I. c. Navar. I. c. Panormitan. in cap. significavit de Judæis. Talet I. c. Palao I. c. aliquique; quia iis formaliter non oppugnantur Christiani, neque illa per se ad bellandum deserviunt, sed ad alios usus destinantur. Nec obstat aijunt, quod in præfata Bulla excommunicentur auxilium, & favorem infidelibus præstantes; quia id intelligi debet de auxilio consistente in monitione de Statu Reipublicæ Christianæ, & delatione armorum, aliarumque rerum, quibus fit oppugnatio, & non de illis, quæ per se bello non deserviunt, sed aliis usibus sunt accommodatae.

Cæterū et si hujusmodi ven-  
dentes, & deferentes non in-  
currerent censuram Bullæ Cœnæ;  
incurrunt tamen censuram  
à jure infictam iis, qui tempo-  
re belli non solum Commea-  
tum, arma, aut alia belli subsi-  
dia, sed etiam qui merces quas-  
cumque ad infideles deferunt;  
ne occasione commerciorum iis-  
dem prodantur arcana Christia-  
norum consilia, cap. quod olim 12.  
b. tit. & ibi Abbas n. 1. Barbos.  
n. 2. König. n. 11. Wiestn. n.  
17. Pirhing n. 36. Schmalzgr. n.  
46. aliquique.

Ddd 2 Ad